



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

260 Beneficia Ecclesiastica duplici nomine dici & esse perpetua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

259
*Patrimonij
 titulus loco
 beneficij cur
 nequeat per-
 mutari cum
 beneficio.*

260
*Beneficia ec-
 clesiastica du-
 plici nomine
 dici & esse
 perpetua.*

Quid si quis igitur sub patrimonij sui titulo fuerit ad sacros promotus ordines, ad quod etiam iure nouissimo certis casibus permittitur iuxta Concil. Trident. sess. 21. reformat. 2. nunquid admittetur eius tituli (fungentis vice beneficij) permutatio cum ecclesiastico beneficio? Beneficia Ecclesiastica duplici nomine debent esse perpetua, primum absolute & per se, nimirum fundatione quadam in perpetuis ipsius Ecclesie bonis consistente remanenteque, deinde respectu singulorum possessorum duratione quadam stabili ad cuiusque possessoris usque vitam: quorum duorum prius quonia deest patrimonio seu titulo patrimoniali, necessariè fit ut nullo modo permutatio ni sit hic locus. quò facit & alia ratio prægnantior, quòd beneficiarius ille qui patrimonium alterius pro beneficio suo consequeretur ex causa permutationis, nihil reuera depræhenderetur habere mortuo altero cuius id patrimonium fuerat, ut potè quod mox ad heredes eiusdem reuerteretur, ut ad Ecclesiam nõ pertinens; immò simulatque illi qui sub titulo patrimonij sumpsit sacros ordines aliundè prospectum fuerit de beneficio Ecclesiastico vel aliter, istud patrimonium exoneratur, & ad pristinam redit naturam, ita videlicet ut possit alienari. d. reformat. 2. Quibus accedit quòd nemo sit in tali casu collator ordinarius qui permutationem talem posset effectui dare, cum patrimonium hoc in collatoris vllius potestate non sit, ne volente quidem eo cuius est

patri-

patrimonium, nisi prius in rebus laicis id esse defuisset & in beneficium Ecclesiasticum legitime canoniceque conuersum fuisset. Quid multis? Patrimonium si daretur ex causa permutationis pro beneficio, temporale scilicet pro spirituali, vera manifestaque foret simonia. Cur autem pensiones (quæ tituli quoque funguntur vice, sicut patrimonium, d. reformat. 2.) permutari cum beneficiis nequeant, quantumlibet plus habeant affinitatis cum beneficiis, ut ex quibus delibantur, quam patrimonium verè mereque laicum, ratio est in promptu; Pensiones enim defuncto pensionario mox redeunt ad sua beneficia vnde delibabantur, tanquam ad suam naturam, & cum eis coalescunt & absorbentur & intercidunt: ideoque nihil inuenirent viri diuitiarum suis in manibus qui beneficia sua cum talibus pensionibus permutassent. Iam si pensiones illæ quæ vel resignantibus vel aliis assignantur subinde, creari quoque possent super patrimonio debitoris, non ecclesiasticum quid essent sed omnino prophanium; quale quid cum beneficio ecclesiastico citra manifestissimam simoniæ labem permutari non posset, nõ magis quam patrimonium ipsum. Verum pensiones beneficiales inter permutantes ita constitui non posse superius operose docuimus ad c. cum olim. sub finem, ante singularum scilicet clausularum enucleationem. Quæ sola causa facit ut plerique quibus interdum propter beneficij resignationem pensio creari debet, eam non super debitoris

vel

261

Pensiones loco tituli cũ sint, cur permutari cum beneficiis nequeant.

262

Pensiones Ecclesiasticas nõ posse super cuiusquã patrimonio vel cautione personali rectè constitui.